



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

De Prohibitione Librorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

rum Patrum Regulis supradictis, decreta sunt) publica utilitas exigat, capitibus infrapostis, diligentius sancitur, ijsdemq; statuitur, que omninò in posterum, tum ab ijsdem Episcopis, & Inquisitoribus, alijsq; ut presertim, in maiorum Librorum interdictione, & abolitione, tum à Correctoribus in Librorum, ac ceterorum quorumcunque scriptorum correctione, atque emendatione, tum à Typographis, in ipsorum librorum impressione, (pena pro arbitrio Episcopi & Inquisitoris aduersus eorundem Typographos constituta) inuiolatè sunt obseruanda.

DE PROHIBITIONE LIBRORVM.

§. i.

Curent Episcopi, & Inquisitores, statim atq; hic index fuerit publicatus, eorum iurisdictioni subiecti ad ipsos descripta sigillatim deferant nomina librorum omnium, & singulorù, quos apud se in eodè indice prohibitos, quisq; reperiet.

Ad huiusmodi verò libros sic significandos, intra eorù tempus ab Episcopo, vel Inquisitore prescribendum, omnes cuiuscunque gradus, & cõditionis extiterint, sub quib; pena eorù arbitratu infligenda teneantur.

Roma verò hæc omnia certo à se, propriis edictis, prescribendo tempore, præstari curabit Sacri Palatii Magister.

§. ij.

Si qui erùt, qui librum vnum, aut plures
ex pro-

ex prohibitis, qui ad præscriptum Regularū
 permitti possunt, certa aliqua ex causa pote-
 statem sibi retinendi aut legendi fieri ante
 expurgationem desiderent, concedendæ fa-
 cultatis extra urbem, ius erit penes Episco-
 pum, aut Inquisitorem Romæ penes Magi-
 strum sacri palatii.

Qui quidem, gratis eam, & scripto manu
 sua subsignato tribuent, de triennio in triē-
 nium renouandā, ea imprimis adhibita cōsi-
 deratione, ut nō nisi viris dignis, ac pietate,
 & doctrina conspicuis, cū delectu, eiusmodi
 licentiam largiantur, ijs autem imprimis,
 quorum studia, vtilitati publicæ, & sanctæ
 Catholicæ Ecclesiæ vsui esse, compertum ha-
 buerint.

Qui inter legendum, quæcunq; repererint
 animadaersione digna, notatis capitibus, &
 folijs significare Episcopo, vel Inquisitori
 teneantur.

§. iij.

Illud etiā Catholicæ fidei conservandæ, ne-
 cessitas extra Italiā, maxi- & ecclā ab episcopis
 & Inquisitorib; tū a publicis vniuersitatib;
 omni doctrinæ laude florentibus postulat,
 vt eorū librorum Indicē confici & publica-
 ri curent; qui per eorum rēgna, atq; prouin-
 cias hæretica labe infecti, ac bonis moribus
 contrarij, vagantur, siue illi propriæ natio-
 nis, siue aliena lingua, conscripti fuerint.

Vtque ab eorum lectione, seu retentione;
 certis pœnis, ab ijsdem Episcopis, & Inqui-
 sitoribus, propositis, eorundem regnorum,
 ac prouinciarum homines arceant.

Ad quod exequendum Apostolicæ Sedis

Nuntij, & Legati extra Italiam, eosdem Episcopos, Inquisitores. & Vniuersitates, sedulo excitare debebunt.

§. iiii.

Iidem Apostolici extra Italiam Nuntij, siue Legati, nec non in Italia, Episcopi, & Inquisitores, eam curam suscipient, vt singulis annis catalogum diligēter collectorum librorum in suis partibus impressorum, qui aut prohibiti sint, aut expurgatione indigent, ad sanctam Sedem Apostolicam, vel congregationem indicis ab illa deputatam transmittat.

§. v.

Episcopi, & Inquisitores, seu ab iisdem subdelegati, & deputati, tam in Italia, quam extra, penes se habeant singularum nationum Indices, vt librorum, qui apud illas damnati, ac prohibiti sunt, cognitionem habentes, facilius prospicere possint, an etiam, à suarum iurisdictionis terris, eosdem recognitos, accipere, vel retinere debeant.

§. vi.

In vniuersum autē de malis & perniciosis libris id declaratur atq; statuitur, vt quæ certa aliqua lingua initio editi, ac deinde prohibiti, ac damnati à Sede Apost. sunt, eosdem quoque, in quacunque postea verentur linguam censerī, ab eadem Sede, vniuersarum gentium, sub eisdem pœnis interdictis & damnatis.